



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Onesimvs Episcopvs Svectionensis Duaci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

parfimoniae & abſtinentiae exemplum. Meminerunt eius cum ſplendido ſanctitatis teſtimonio Leander, Albertus, Michael Pius, &c. è quibus coætaneum & Odoni familiarem Cantipratanum audire licet. Alium ego vidi fratrem Odonem nomine Ordinis Prædicatorum non in iurè virum ſanctum & bonum, qui raro volebat comedere quod ſeminali fluxu ab animali deſcenderat, ſed olere vel piſce corpus ſobrium reparabat hinc in ingreſſu ordinis vitæ ſuæ terminus reuelatus eſt, & hunc fratribus certo die ante obitum reuelavit. Ita Hyacinthus Choquetius in vitis meminit & Bzouius ad annum Chriſti 1240.

O N E S I M V S

EP I S C O P V S S V E S S I O N E N S I S

Duaci.

13. Maj. **F**Vit ſeptimus illius vr̄bis in Gallia Antifteſ & præceſſorem habuit Mercorinum, qui Agrippinenſi contra Euphratem concilio anno 370. interfuit; Mercorinum voco ex mſc. codice Duaceni ad ſanctum Amatū: non Mercurium vt vulgò legitur, inquit Miræus. Eius, itemque ſancti Gurdinelli Confefſoris corpora circa annum redempti orbis octingentelimum nonageſimum ſextum ex vr̄be Sueſſionenſi Duacum ſunt tranſlata: vbi quieſcunt in collegiata diui Amati Eccleſia. Vide de ſancto Oneſimo Baronium Annalium. Tom. 9. anno Incarnationis Chriſti 841. vbi eius tranſlatio prima deſcribitur, facta per Carolū Regem Ludouici Pij filium.

OSVAL-